

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 609

**Auteur(s) :** Gautier de Saint-Martin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1189

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation, par Gautier de Saint-Martin, de la donation faite à l'abbaye par son père Gautier

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° LII, p. 87-88.

Texte établi d'après a

Sciunt presentes et futuri quod ego Walterius de Sancto Martino donationem illam, quam Galterus, pater meus, pro anima Lieceline, uxoris sue matrisque mee, fecerat Deo et ecclesie Sancti Michaelis de Ulterisportu, dedi et concessi, ortum videlicet quemdam extra villam Sancti Martini a via usque ad aquam continentem, et apud Criolium masuram quandam, et apud Toth V acras terre. Hanc donationem liberam et quietam ab omni consuetudine ego Walterius de Sancto Martino, filius Gausfridi, super altare sancti Michaelis, manu propria, per textum aureum posui. Testibus istis : Osberno, capellano de Cubertivilla, Radulpho, capellano de Sancto Martino, Waltero Rufo, Simone de Merlincampo, Ricardo de Dragevilla et pluribus aliis. Concessi etiam predicto sancto Michaeli quicquid antecessores mei, vel homines mei, eidem sancto dederant vel concesserant in terris, in decimis, in pratis et in ecclesia Sancti Martini ; et preter hec nominatim concessi et confirmavi donationem quam Hadelermus de Pont, miles meus, fecit de hospite suo Petro Acolepanche, et de terra juxta hospitalem domum apud Pont posita, et de quadam decima apud Tosfrevillam. Hanc donationem ipse Adhelermus, dum adhuc esset sanus et incolumis, super altare sancti Michaelis posuit. Actum est hoc dum adhuc terram meam tenerem, et quicquid antecessores mei ex consuetudine ab ecclesia Sancti Michaelis exegerunt vel exigere potuerunt, pro Deo et salute mea et antecessoribus meis, totum quietum dimisi. Et insuper modium avene, quem a firmariis, qui decimam Sancti Martini trahebant annuatim, accipiebam, in pace condonavi. Actum anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. octogesimo nono.